Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



100.

des Schlosses Neuberg verblichen sey. Traditionem qui-
dem ego attestari possum: qui anno 1765 castellum istud
adii. Certe turris illius antiquissima est. Intravi
ejusmum conclave turris, quod S. Valtins kamer
appellatur, et a S. Valentino inhabitatum fuisse, tra-
ditur. Habet unicam fenestram, qua lux per cras-
sissimum unius saltem Orgyiæ murum illabitur. To-
ta camera, etsi valde tenebrosa, est undique picta
instar aulæorum, quorum in terzolij usus est: ut adeo
indubium videatur, quin hæc camera olim sacellum
domesticum fuerit. Hodie Negue hodie ad ullum pro-
fanum usum adhibetur: sed vacua omnino et mun-
da servatur. An ergo ibidem obiit S. Valentinus?
Ita quidem tradunt arcis ejusdem inquilini: sed tra-
dunt simul, Valentinum a quodam tyrannico homine
in turri arcis memoratæ fuisse inclusum; ibique sanctissime
defunctum. Sane camera illa carceri quam habita-
culo hominis liberi longe similior est. In superiori ta-
bulati medio ostenditur foramen quadratum asseri
fectum, per quod sancto Captivo cibi demissi fuisse
dicuntur. Si quid de captivitate S. Valentini Ta-
bula, vel Anonymus, vel auctores alii memorarent:
traditionem veram esse non dubitarem. Sed nemo quid-
quam. Attamen ex hypothesi qua sanctus in
camera S. Valentini obiisse creditur ponitur, eandem
etiam ut captivum obiisse, locus ipse mihi persuadet.
Cum ergo et auctores taceant, et illius temporis circumstan-
tiæ nullum probabile fundamentum præbeant, et locus,
in quo obiisse dicitur, non carcer S. Valentini dicatur, sed
Camera; traditio hæc fidem indubiam non meretur. Dicam
tamen, quod sentio. Nempe S. Valentinus, tum apostolicis
laboribus, tum vigiliis et jejuniis jam pene exhaustus,
ultimam hiemem ex eius sustineret, in castellum proximum
quodcadit (distat castellum Neuberg pro circiter passibus ab
oratorio prædicto) concessit, ubi in infima turris illius
camera, in præsentia discipulorum suorum sanctissime ob-
dormivit. Si quæras, ubi ergo Monasterium fuerit, quod
cujus auctorem fuisse Valentinum vult Hanselius: respondeo,
probabilius in eodem loco, ubi hodie est castellum Neuberg.
Sed quia hæc omnia exacte demonstrare non possum, mihi
conjecturam subsistendum puto.

Jam de anno obitus S. Valentini Hanselius ita scribit: De anno non constat, ut jam supra Germ. sac. t. 1, c. 13

cum acriter contra vitia prædicaret,

quibus in vita solitaria juncta Oratorium sumus se exercebat,

et Abbatem